

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Qui sub eodem, Antiochenae Ecclesiae episcopi fuerint. Cap. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

Qui sub eodem, Antiochenæ Ecclesiæ episcopi fuerint.

CAP. XIX.

Antiochenæ ecclesiæ, cū post Heronem Cornelius quartus ab apostolis præfuisse (quo mortuo Heros quintus ordine episcopatum obtinuit) Theophilus sextus episcopus designatus fuit.

De scriptoribus ecclesiasticis, qui horum tempestate claruerunt.

CAP. XX.

Eisdem temporibus Hegesippus in ecclesia magna cum laude floruit, qui ex superiori nostro sermone potest satis exploratè cognosci. Dyonisius etiam Corinthiorum episcopus & Pinxtus Cretæ episcopus, Philippus præterea Apollinarius, & Meliton Musanus, & Modestus, Irenæus denique etiam eodem tempore vigerunt. Quorum diligentia & labore recta integræ fidei & apostolicæ traditionis opinio ac sententia scriptis prodita, ad nos peruenit.

De Hegesippo, & ijs quorum ipse mentionem facit.

CAP. XXI.

Hegesippus quinque libris, qui ad nos peruerterunt, accuratissimam plenissimamque suæ sententiæ & opinionis de fide declarationem post se reliquit. In quibus ostendit, se in itinere Romam versus suscepso multis cum epistolis sermonem contulisse: & unam eandemque accepisse ab omnibus doctrinæ formam & institutionem. Atque illum quidem post alia, quæ de Clementis ad Corinthios epistola differuerit, ista quæ sequuntur narrantem audire licet. Ecclesia Corinthiorum, in vera rectaque doctrina constanter perstebat usque ad Primum, qui ibidem gessit episcopatum. Qui cum ipse, dum Romam versus nauigabam, de religione nostra comunicau, & Corinthi non paucis diebus commoratus sum: in quibus dum inter nos de doctrina Catholica, multa conferebamus, non paru uterque ab alterius consuetudine cepit oblectationis: cum etsi Romæ, mansi, ibi usque ad Pontificis Aniceti tempora: cuius tum quidem Eleutherus diaconus erat. Huic successit Soter,

quo